

**1998-06-23 – SS Ioannes Paulus II – Littera ‘Spiritale Curantes’**

**IOANNES PAULUS PP. II**

**LITTERAE APOSTOLICAE**

***SPIRITALE CURANTES***

**TEMPLUM DEO DICATUM IN HONOREM SANCTI IOSEPH SPONSI  
BEATAE MARIAE VIRGINIS IN LOCO V.D. WEBSTER DIOCESI IN VIGORNIENSI  
AD GRADUM BASILICAE MINORIS EVEHITUR**

Ad perpetuam rei memoriam. – Spiritale curantes Christifidelium bonum, laetamur sane quotiescumque occasio Nobis datur divinum cultum diffundendi atque sacras in toto orbe aedes exornandi. Ideoque, cum Venerabilis Frater Daniel Patricius Reilly, Episcopus Vigorniensis, cleri populique vota interpretatus, rogaverit ut templum Deo dicatum in honorem Sancti Ioseph Sponsi Beatae Mariae Virginis in loco v.d. Webster dioecesi in VigornienSI situm ad dignitatem Basilicae minoris eveheretur, petitioni illi libenti animo obsecundare volumus. Itaque de Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum consulto, Apostolicae potestatis Nostrae plenitudine, statuimus ut sacra aedes ad titulum ac dignitatem Basilicae minoris evehatur, omnibus adiectis iuribus et privilegiis, quae templis praeclaris hoc nomine insignibus rite competunt, secundum Decretum «De titulo Basilicae minoris», die IX mensis Novembris anno MLMLXXXIX datum. Contrariis quibusvis non obstantibus.

*Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXIII mensis Iunii, anno MCMXCVIII, Pontificatus Nostri vicesimo.*

ANGELUS card. SODANO  
*Secretarius Status*